



Disputatio juridica continens illustriores juris civilis quaestiones

<https://hdl.handle.net/1874/341665>

DISPUTATIO JURIDICA
CONTINENS
ILLUSTRIORES
juris civilis quæstiones.

Q V A M

D. O. M. J.

P R A E S I D E

Clarissimo Consultissimoque Viro

D. CYPRIANO REGNERI ab OOSTERGA,
J. V. D. ejusdemque facultatis in Inclytâ Academiâ
Ultrajectinâ Professore Primario.

Publicè defendere conabitur

CAROLVS PARMENTIER, Ultrajectinus.

Ad diem 6. Novembris horâ decimâ



TRAJECTI ad RHENUM,
Ex Officinâ G ISBERTI à ZYLL, Bibliopolæ
c I o c L X I.

Amplissimo, Gravissimo, Spectatissimoque

V I R O,

D. D. ANTONIO CAROLO PARMENTIER,
Domino de Heeswijk, Achthoven, &c. inter Illustres
ac Præpotentes, hujus Trajectinæ Provinciae Ordines
Electo, Parenti suo omni honore & obsequio in
æternum colendo.

NEC NON

Clarisimo, Consultissimoque VIRO,

D. CYPRIANO REGNERI ab OOSTERGA,
J. U. D. ejusdemque Facultatis in Almâ Academiâ
Ultrajectinâ Professori Primario, studiorum suorum
Juridicorum promotori unico.

*Hoc exercitium Iuridicum in grati animi
signum*

D. D. D.

CAROLUS PARMENTIER,
Auth. & Respond.

DISPUTATIO JURIDICA
CONTINENS
ILLUSTRIORES
juris civilis quæstiones.

THESES I.

Differenti mihi de illustrioribus juris quæstionibus primo occurrit disputabilis, & agitata ea à Doctoribus quæstio, an Princeps ex sua potestatis plenitudine possit alicui sine causâ jus quæsitum auferre? Neg. l. 11. ff. de div. reg. jur. l. 3. & 7. C. de precib. imperat. offerend. Facchin. lib. 8. controvers. C. 6. 3. Bronchorst miscell. controv. Assert. 1. Vinn. ad s. 6. Instit. de jur. nat. gent. & civ.

II.

Consuetudo potest introduci tam per actus extrajudiciales, quam judiciales. l. 34. 35. & 38. ff. de legib. non autem per communuem populi errorem; ad consuetudinem enim introducendam requiritur consensus. s. 9. Instit. de jur. nat. gent. & civ. nihil autem tam contrarium est consensui, quam error. l. 15. ff. de jurisdictione. Hotomann. illust. quæst. 17. Cujac. lib. observ. 18. C. 33. Zoes. ad tit. ff. de offic. prætor. num. 26.

III.

Tutoris datio nec est imperii, nec jurisdictionis. l. 6. s. 2. ff. de tutel. sed ei soli competit, cui lex vel Princeps hoc nominatim dedit. d. l. 6. s. 2. l. 1. s. 1. ff. de tutor. & curat. dat. pr. Instit. de Attilian. tut. Cujac. lib. observ. 15. C. 19. Donell. l. 3. comment. C. 7. Pac. cent. 5. quæst. 69. Facchin. lib. 12. controv. C. ult.

IV.

Minor 25. annis potest esse procurator ad lites, modo non sit minor 17. annis. s. 5. Instit. ex quib. caus. manum. non lic. non autem ante annum. 25. defensor idoneus est. l. 51. ff. de procur.

quia is debet satis dare judicatum solvi. l. 53. ff. eodem. V Vesembech.
in paratit. de procurat. Zoes. ad tit. ff. de procurat. num. 11. Vinn. ad
§. 5. Inslit. ex quib. cauf. manumitt. non licet.

V.

Contractus bona fidei dolo initus est ipso jure nullus. l. 7. pr.
ff. de dolo malo l. 3. §. ult. ff. pro socio. secus est in contractibus stri-
cti juris, sive enim dolus in hos incidat, sive iis causam det con-
tractus, non ipso jure nullus est, sed per actionem vel exceptionem
doli vindicatur. l. 22. & 36. ff. de verb. obligat. l. 5. C. de inutil. stipu-
lat. Cujac. ad l. 7. ff. de dolo. Zoes. ibid. num. 3.

VI.

Dominus non potest emphyteutam ob non solutum canonem
expellere ex fundo emphyteuticario propria autoritate sine decre-
to judicis, non enim est singulis concedendum quod publice sit
per magistratum. l. 176. ff. de div. reg. jur. l. 13. §. 3. ff. de usufruct. l.
uni. C. ne quis in sua causa judicet. Mynsing. ad §. 2. Inslit. de locat. &
conduct. Facchin. lib. 2. Controv. C. 95.

VII.

Cum ususfructuarius cavere debeat, se re, cuius ususfructus ipsi
legatus est, boni viri arbitratu usurum. l. 1. ff. usufruct. quemadm. cav.
quæritur, an testator fructuario hanc cautionem remittere possit,
invito hærede? Neg. l. 1. C. de usufructu, l. 6. pr. ff. ut in possession.
legat. Donell. lib. 10. coment. C. 4. Fabchin. lib. controv. 8. C. 42. & 43.
Zoes. ad tit. ff. usufruct. quemadm. cav. num. 6

VIII.

Cum medicus, qui servum imperitè fecit, teneatur ex lege
Aquila. l. 7. §. ult. ff. ad l. Aquilam, §. 6. Inslit. eodem. quæritur, an ju-
dex, qui per imperitiam litem suam fecit, etiam teneatur ex lege
Aquila? Neg. l. ult. ff. de extraordin. cognition. pr. Inslit. de obligat.
que quas. ex delict. nasc. Mynsing. ad d. pr. de obligat. que quas. delict.
nasc. Vinn. ibid.

IX.

Pro frumento vel vino mutuo accepto non licet solvere invito
creditori pecuniam vel estimationem, in mutuo enim idem
genus reddi debet, nec aliud pro alio invito creditor solvi potest.
l. 2. pr. ff. de reb. cred. Aliud autem est res, aliud merx. l. 1. ff. de
contrah.

*contrah. emptione l. 1. pr. ff. de rer. permitt. VVesembech. ad tit. de reb.
cred. num. 12. Zoes. ibid. num. 20.*

X.

Filiusfamilias non potest renunciate senatusconsulto Macedoniano , quia hoc Senatusconsultum introductum est propter utilitatem publicam , ne filiisfamilias vitis parentum insidentur. *l. 1. ff. de senatusconf. Maced. §. 7. Inflit. quod cum eo qui in alienā potest. &c. Jus autem publicum privatorum pactis mutari non potest. l. 38. ff. de paet. Facch. lib. controv. 2. C. 62. Vinn. ad d. §. 7. Inflit. quod cum eo &c.*

X I.

Societas solvitur morte , nec ejus hæres in societatem succedit. *l. 4. §. 1. l. 35. & l. 65. §. 9. ff. pro socio , qui enim societatem contrahit, certæ personæ sibi industriad elicet , quæ non semper est eadem in hærede. S. 5. Inflit. de societate. Zoes. ad tit. ff. pro socio. num. 30. & 31. Vinn. ad §. 5. Inflit. de societate.*

X II.

Venditio cum in totâ materiâ erratur , nulla est. *l. 9. §. ult. & l. 14. ff. de contrah. empt. venditio etenim contractus est , qui solo consensu perficitur. l. 2. ff. de obligat. ex consen. & pr. Inflit. de empt. & vendit. qui vero in totâ materiâ errat , non potest consentire. l. 15. ff. de jurisdict. Cujac. lib. observat. 2. C. 4. Zoes. ad tit. ff. de contrah. empt. num. 6. 7. & 8.*

X III.

Cum p̄tium emptionis & venditionis in pecuniâ numerata consistere debeat. *l. 1. §. 1. ff. de contrah. empt. l. 1. ff. de rer. permitt. quæritur, an locationis p̄tium etiam necessario in pecuniâ numerata consistat? Affir. l. 5. §. 2. ff. de prescript. verb. l. 1. §. 9. ff. depositi , nisi in p̄dio rustico, ubi p̄tium etiam in aliâ re pondere , numero & mensurâ constante consistere potest. l. 35. §. ult. ff. locati. l. 21. C. eodem. VVesemb. in paratit. ff. locati. num. 7. Facchin. lib. controv. 1. C. 82.*

X IV:

Cum ea , quæ in p̄dia urbana inventa sunt , tacitè pignori obligata censeantur. *l. 6. D. in quib. caus. pign. tac. contrah. A 3 l. ult.*

*l. ult. C. eodem. quæritur, an idem sit dicendum de prædiis rusticis
Neg. l. 4. ff. in quib. caus. pig. tac. contrab. & l. 5. C. eodem; In predio
enim rusticō fructus, qui ibi nascuntur, tacite intelliguntur op-
pignorati, quod secus est in prædio urbano. l. 7. ff. in quib. caus. pign.
Cujac. ad l. 4. ff. de pact. Zoes. ad d. tit. ff. in quib. caus. num. 2.*

X V.

Sola oblatio debitæ pecuniæ liberat debitorem à periculo for-
tis, & ex eo tempore periculum ejus ad creditorem perrinet. l. 7.
2. ff. de solution. & liberat, si scil. oportuno loco ei obtulerit. l. 39.
ff. eodem. plenissima liberatio autem tunc demum contingit, quan-
do simul obsignavit & deposituit. l. 1. §. ult. l. 7. & l. 41. ff. de usuris
l. 6. & l. 19. C. eod. l. 28. §. 1 ff. de administ. tutor. Cujac. ad l. 122.
ff. de verb. obligat. Zoes. ad tlt. ff. de usuris num. 59. 60. 61.

X VI.

Consensus parentum in nuptiis requiritur de necessitate, in
tantum, ut iussus parentum præcedere debeat, nec possit sequi
per tatihabitionem, pr. *Instit. de nuptiis*, nuptiæ autem sine eorum
conlenu contractæ consistere non possunt, sed per patriam pote-
statem dissolvuntur, & liberi ex eo matrimonio suscepiti pro spu-
riis habentur. §. 12. *Instit. de nupti.* Hotemann. illust. quest. 9. VVesemb.
ad tit. ff. de ritu nupitar. num. 8. Hænon. ad *Instit.* Disp. 2. Contror. 7.

X VII.

Cum tutor ob dolum remotus fiat infamis. l. ult. C. de suspect.
tutor. §. 6. *Instit. eodem.* Quæritur, an etiam is, qui remotus est ob
latam culpam, fiat infamis? Aft. l. 7. ff. de suspect. tutor. Quia
lata culpa dicitur dolus esse. l. 226. ff. de verb. signif. l. 3. 2. ff. depo-
siti. Cujac. lib. 7. observat. C. 8. Treutler voli 2. disputat. 9. coseff. 4.
Mynsing. ad §. 6. *Instit. de suspect. tutor.* Vimn. ibidem.

X VIII.

Anceps & admodum dubia inter Doctores quæstio est, an filii
positi in conditione, etiam sint in dispositione? verum hæc quæ-
stio cum sit adeo intricata, non sine distinctione expediri potest:
sunt enim in dispositione quatenus excludunt substitutum seu
fideicommissarium heredem, l. 85. ff. de hered instituend. non ve-
ro sunt in dispositione, quatenus eorum pater esset adhuc alio fi-
deicommissario oneratus. l. 82. ff. de hered. *Instituend.* l. 1. C. de pact.
Hotemann.

*Hotomann. illust. quæst. 13. Facchin. lib. 4. C. 51. Hanon ad Instit.
disp. 8. controv. 6.*

XIX.

Cum multa privilegia militibus in testamentis condendis sint
indulta. *tot. tit. ff. & C. de testam. milit. quæritur*, an milites to-
gati iisdem privilegiis gaudeant? *Neg. 5. ult. Instit. de milit. testam.*
hæc enim privilegia militibus propter eorum imperitiam con-
cessa sunt. l. 1. ff. de testam. milit. & pr. Instit. eodem. Turpe autem
est causas oranti jus in quo versatur ignorare. *l. 2. §. 43. ff. de orig.*
jur. Donell. lib. 6. comment. C. 28. Zoes. ad tit. ff. de testam. milit.
num. 13. Vinn. ad pr. Instit. de milit. testam.

XX.

Legatario pro legato consequendo competunt tres actiones,
actio personalis, rei vindicatio, & actio hypothecaria. *l. 1. C. com-*
mun. de legat. §. 2. Instit. de legat. Ergo non potest legatum petere
viam executivam seu judicio possessorio. *l. ult. Cad. de edicto Divi*
Hadrian. toll. quia ex quum est, neminem sibi jus dicere occupatis
legatis, sed ab herede petere. *l. 1. §. 2. ff. quod leg. VVesemb. in paratit.*
quod legat. num. 7. Cujac. in Nov. 1. Facchin. lib. 5. C. 31.

XXI.

Filius familias gravatus fideicommissis supra dodrantem, non
potest deducere & legitimam & Trebellianicam. *l. 6. C. ad sena-*
tus cons. Trebell. l. 1. ff. ad legem. Falcid. junct. §. 5. Instit. de fideicommiss.
hered. l. 21. §. 2. ff. de annuis legat. Jure canonico vero utramque
deducere potest, id est semissim totius hereditatis. *Cap. Raynur.*
& Raynald. ext. de testam. Hotomann. illust. quæst. 17. Pac. centur.
6. quæst. 51. Zoes. ad tit. ff. ad senatus consult. Trebell. num. 92.

XXII.

Cum fratum filii, qui concurrunt cum fratre defuncti veni-
ant jure representationis, ac prouinde in stirpes succedant. *Nov.*
118. Cap. 3. quæritur, an si soli inter se succedant, idem sit di-
cendum? *Neg. l. 1. §. ult. ff. si pars hered. l. 2. §. 2. ff. de suis & legit.*
hered. l. ult. §. 3. C. eodem. nec haec leges allegatae correctae sunt
per *Nov. 118. Cap. 3.* quia d. *Nov.* loquitur de tali casu, quando
concurrunt fratum filii cum patruo suo. *Hotomann. illust. quæst. 14.*
Gothofred. ad d. l. 2. §. 2. ff. de suis & legitim. hered. Facchin. lib. controv.
6. C. 3.

XXIII.

XXIII.

Donatio omnium bonorum valet. *l. 17. §. 1. ff. qua in fraud. credit. l. 35. C. de donation.* quisque enim debet esse liber dominus & arbiter rerum suarum. *l. 21. C. mandatis*, & nihil tam conueniens est naturali æquitati, quam voluntatem domini volentis rem suam in alium transferri, ratam haber. *§. 4. Instit. de rer. divis.* *Cujac. lib. observat. 5. G. 14. Facchin. lib. 6. C. 87. Zoes. ad tit. ff. de donation. num. 28.*

XXIV.

Qui adversarium occidit servato moderamine inculpatæ tuteæ, immunis est à pena legis Corneliae. *l. 45. §. penult. ff. ad l. Aquiliam*, sui enim defensio est juris naturæ. *l. 1. §. 27. ff. de vi & vi armata*: ob sola autem bona aut famam defendantam non licet impune adversarium occidere, nisi simul vita fuerit in periculo. *l. 3. ff. de justitiâ & jure. l. 52. §. 1. ff. ad l. Apuliam*. *Cujac. lib. observat. 15. G. 15. Zoes. ad tit. ff. de justit. & jur. num. 29.*

XXV.

Mandator cædis pro homicidâ habetur. *l. 15. §. 1. ff. ad l. Cornel. de siccari*. sed queritur, an is, qui aliquem vulnerari jussit, si mors fuerit subsecuta, teneatur ordinaria l. Cornelie pena? Neg. nemo enim ordinariâ pena l. Cornelie tenetur, nisi habuerit animum occidendi. *l. 1. §. 3. & l. 7 ff. ad l. Cornel. de siccari*. qui verò aliquem tantum vulnerari jussit, non potest dici habuisse animum occidendi. *Facchin. lib. 1. Controv. C. 36. Bronchorst. miscellanea. controv. Cent. 2. Aßert. 65. Zoes. ad tit. ff. ad l. Cornel. de siccari. num. 15.*

F I N I S.